

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Poenitentionarius

Johannes <de Garlandia>

[Köln], [12. März 1492]

Libellus demodo consistendi et penitendi

[urn:nbn:de:bsz:31-293377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293377)

Libellus de modo confitendi et penitendi

Penitentia agas. i. velocit' s' o .i. misericors
Eniteas cito peccator. cum sit miserator
scz christus
Iudex
Presens libellus tractans de penitentia siue de modo penitendi tanqz de subiecto diuidit in duas pres p'ncipales. In quaz p'ma determinat autor de penitentia p'nt respicit penitentem. In secunda pre determinat autor de penitentia prout respicit p'fessores. Secunda ibi (Confessor dulcis) p'ma adhuc diuiditur in tres partes. Nam p'mo autor ponit q'dam documenta generalia. Secundo specialiter declarat de p'ntione. Et tercio de p'fessione. Et etia interponit aliqua de satisfactoe. Secunda ibi (Omnia peccata) Tercia ibi (Esra sit z integra) Dicit p'mo sic. o peccator tu facias cito penitentiam. z sequit ea. qz iudex scz christus est misericors

Circa textu dubitatur

Primo quid est penitentia
Secundo vnde dicit penitentia
Tercio quotuplex est penitentia
Quarto quid proficit penitentia
Quinto quare penitentia debet fieri cito
Sexto quo appareat q' deus sit misericors

Ite penitentia

Ad p'imum r'ndet q' penitentia p'm Ambrosiu sic diffinit. Penitentia est p'resenta peccata deplangere z deplangenda iteru no p'mittere. Vel p'm gregoriu. Penitentia est peccati p'missi cu intima cordis p'ntioe z lachrymaz effusione emedatio. Et trahit hec diffinitio ex dictis beati pauli dicentis q' peccatu no dimittit nisi plena p'ntioe cu satisfactoe operu p'sequat. Vel p'm gregoriu. Penitentia est an' acta p'nta de flere. z iteru flenda no p'mittere. Et d'bz diffinitio ibi p'mo sequit q' penitentia est solū p' peccatis. Secdo sequit q' penitentia e' solū p' p'ccis p'missis z no p'mittendis. Tercio sequit q' ad penitentiam requirit dolor de p'ccis. Quarto sequit q' ad vera penitentiam requirit infectio ampl' no peccade. Ad scdm dubiu d' q' hoc nome penitentia d' q' p'ntioe tenentia. qz sine pena z dolore nunqz fit p'fecta penitentia. Ad terciu d' q' penitentia multu p'liciter diuidit. Primo in interiorē tm. que est de iure naturali. et in exteriorē. que est ad arbitriu hominis. Secdo diuidit penitentia in solēnem. publicā. z priuatā. Solemnis penitentia est que imponitur ab ep'o vel cario suo. et que fit cu solemnitatib' ecclesie. Publica est que fit in facie ecclesie. sed non cu solemnitatib' ecclesie. vt peregrinatioes p'm aliquem. modū sp'alem. scz cu nudis pedib' vel discoopro capite zc. Priuata penitentia est que secrete fit vel fieri p'r. vt legere orōnes. dare elemosinas. ieiunare. corpus castigare z sic de alijs. Tercio diuidit penitentia in liberam et coactam. Libera est quā quis libere facit. et illa est p'ntioe sacramenti. Co

acta est ad quam quis cogit. sicut fit in iudicio seculari pro forisfactis. et illa proprie non est sacramentum. Quarto diuiditur penitentia in actualis et habitualis. Actualis est qua homo actualiter satisfacit pro peccatis commissis. et ad illam non dicitur homo tenet sed solus peccator. Habitualis est quodammodo de restitio vel dispensatio de peccato commisso. scilicet si sit commissum vel quod possit committi si non sit commissum. et ad illam dicitur homo tenet siue sit in peccato siue non.

Ad quartum respondet secundum sanctum Thomam quod per penitentiam absoluitur peccator a peccato. restituitur ecclesie. et reconciliatur christo. bonis spiritualibus dicitur. de filio dicitur. boli filius dei efficitur et paradisi ei aperitur. Per penitentiam angelos iustificat. impios iustificat. amissa bona reuocat: et ad eternam vitam inuitat. Ad quod dicitur quod penitentia multis de causis debet fieri cito. Prima est quia diu expectauimus. Secunda est quod ad magna vocamur. scilicet ad eternam gloriam. Tercia est ne ab eternis nuptiis excludamur. ut patet exemplariter in euangelio de quinque uirginibus. Quarta est ne ab hostibus impediamur. Quinta est propter penas spellendas. Sexta est ne blande decipiamur ut auis per aucupem. pisces per piscatorem. Septima est ne morte preueniamur. Octaua est ne consuetudine teneamur. consuetudo enim est altera natura. Ad sextum respondet quod in multis apparet dei misericordia. quod secundum sanctum Thomam deus peccatores patienter expectat. benigne recipit. uicium dissimulat a periculis liberat. gratiam donat. datam multiplicat. multiplicatam seruat. seruata in celo nunciat. offensam dimittit. peccati post remissionem non meminit. errantes a se per peccatum reducit. cientes ad se per penitentiam conuertit. cadentes erigit. stantes tenere non desinit. et finaliter in bono perseverantes ad gloriam inducit.

scilicet sequentia obseruanda sunt peccatorum

Et sunt hec quinque tenenda tibi

remissio peccatorum. contritio cordis. scilicet peccati.

Spes venie. contritio. confessio culpe

satisfactio penalis. uisitatio peccati

pena satisfaciens. et fuga nequitie

Consequenter autem magis specialiter determinat doctrinam predictam et habet per certas doctrinas speciales. Et diuiditur ista pars in duas. Nam primo ostendit quod sunt necessaria facturi perfectam penitentiam. Secundo ostendit quod sunt sibi utilia. habet (Sperne voluptates). Prima adhuc diuiditur. Nam primo ostendit quod debet penitens necario tenere respectu sui. Secundo respectu proximi. ubi (Et dimittaris). Dicit primo sic quod hec quinque sunt tibi tenenda in perfecta penitentia. scilicet spes venie. contritio cordis. confessio oris. peccatorum. satisfactio. et fuga peccatorum.

Circa textum dubitatur

Primo quid sit spes

Secundo quomplex sit spes

Tercio quid sit contritio

Quarto quid sit confessio

Quinto quomplex sit confessio.

Sexto quid sit satisfactio et quod sunt partes satisfactoris

Ad primum dubium respondet quod spes sic describitur. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex dei gratia et meritis propriis proveniens. Et sic

Spes est audacia mentis de largitate dei cepta hñdi vitay eternā p bo
na merita. **Et** q̄b̄ diffinitōib̄ p̄mo seq̄tur q̄ nō est spes de p̄terito nec p
p̄te de p̄senti vt p̄senti est. sed solū de futuro. **Sec̄do** seq̄tur q̄ nō est p̄o
p̄te spes de malo. sed t̄m de bono. **Tercio** seq̄tur q̄ nō de quolibet bono ē
p̄prie spes. sed solū de futura beatitudine

Ad sc̄dm̄ dubiū r̄ndet q̄ duplex est spes. sc̄z spes suffragiū. q̄ fit respectu
tu beatorū. 2 spes p̄ntie vt p̄prie autoritatis. q̄ fit respectu dei. vnde salua
t̄ nō hñt spem nec etiā d̄anari. sed solū hoies in eccl̄a militāte p̄prie hñt
spem. 2 etiā aie in purgatorio ex̄ntes. **Uñ** illa spes (q̄ fit respectu dei) est
tripler. sc̄z spes venie p̄ peccōz remissione. de q̄ intelligit̄ lr̄a. Spes gracie
p̄ diuine gr̄e susceptōem. **Et** spes glorie p̄ p̄secutōem eternoz gaudiorū

Itē contritio

Ad terciū dubiū r̄ndet q̄ p̄tritio sic describit̄ **Contritio** est dolor volū
tarie assumpt̄ cū p̄posito p̄fitendi 2 satisfaciendi. **Et** differunt p̄tritio 2
attritio. **Nā** attritio est q̄dā displicētia de peccō p̄misso. s̄z nō p̄fecta. **Sz**
p̄tritio est p̄fecta displicētia cū volūtate ampl̄ abstinēdi. **Uñ** nō q̄libet
dolor est p̄tritio pur p̄tritio cap̄it̄ hic. imo nec q̄libet dolor p̄ peccatis ē cō
tritio. **Uñ** duplex est dolor p̄ peccatis. q̄dā est naturalis. 2 ille nō est me
ritorius. q̄ p̄cedit ex dicramine recte rōnis. **Alio** ē volūtari⁹ 2 actualis. q̄
p̄cedit ex volūtate libere assumēte dolorē cū p̄posito p̄fitēdi 2 satisfaciēdi

Itē confessio

Ad q̄rtum dubiū r̄ndet q̄ p̄fessio sic describit̄ s̄m̄ Augustini. **Confessio**
est sermo p̄ que morbo larens spe venie ap̄itur. **Itē** sic diffinit̄ s̄m̄ grego
riū. **Confessio** est peccatorū detectio. **Uñ** sic s̄m̄ aliquos. **Confessio** est
ap̄rissima corā sacerdote peccatorū declaratio

Ad quintū dubiū respondet q̄ duplex est p̄fessio. **Quedaz** est m̄talis
que fit soli deo. 2 illa est de iure naturali. **Alia** est vocalis que fit homini
ex ore. et illa est de iure positiuo siue ordinato

Itē satisfactio

Ad vltimū r̄ndet q̄ satisfactio siue satisfacere s̄m̄ Augustini sic describit̄
tur. **Satisfactio** vel satisfacere est causas peccōz extinguere vel extirpare
et eoz suggestionib̄. i. malis instigationib̄. additū. i. accessum nō indul
gere. sic q̄ hō habeat firmū p̄positū per ā p̄fessā iterū nunq̄ p̄mittere neq̄
etiā aliq̄ alia. **Et** sunt p̄tes satisfactōis duplices. q̄ q̄dā sunt p̄ncipales
et tales sunt tres. sc̄z oratio. ieiunū. 2 elemosina. **Et** q̄dā sunt secundarie
2 minus p̄ncipales. vt sunt peregrinatio. vigilie. castigaciones. 2 h̄mōi.
Et ille p̄tes sc̄cūdarie reducūtur ad p̄ncipales. **Nā** oīa carnē assidētia
reducūtur ad ieiunū. oīa vero sp̄ūalia ad orōnem. 2 oīa opa misericordie
ad elemosinā. **Finaliter** est sciendū. q̄ duplex est fuga. sc̄z fuga fugiēdi
et fuga fuganda. 2 s̄m̄ hoc d̄r pur fuga dicit̄ a fugo as are. vel a fugo is
ere. 2 vtrāq̄ fugā habebit penitēs. habebit em̄ fugā fugādi perā sua. et s̄
p̄ discretū p̄fessorē. 2 secūdo habebit fugā fugiēdi peccata respectu peccas
ti p̄mittendi vel illius q̄d possit p̄mitti. i. habebit firmū p̄positū amplius
vt perā tua dimittant̄ tibi. malefactorū tuis. tibi illata indulge

Et dimittaris alijs peccata remitte
hoib̄ emēdes hoies offendisse p̄fiteris
2 isq̄ satisfacies. quos te lesisse fateris

In ista pericula auctor ostendit que sunt necessaria omni penitenti respectu
proximi. et ponit duas doctrinas dicens. q tu peccatoris (q facis pñiam
vel facere vis pñiam) debes remittere alijs q tibi malefecerunt. Secdo vi
at q debes satisfacere illis qb tu malefecisti.

Circa tertiu
dubitatur

Primo quid sit peccatū
Secdo qd sit dñia inter peccatū et delictū
Tercio a quo et ubi incepit peccatū
Quarto qualiter hō cecidit in peccatū
Quinto vtrū dñati in inferno pñt peccare
Secro quare debemus remittere malefactorib⁹ no
stris peccatum.

Ad pñm rñdetur. q peccatū sñ Augustinū sic describitur Peccatū ē vo
lūtas retinendi vel psequēdi qd iusticia verat. Vel peccatū est sp̄ero natus
rali bono et imutabili. reb⁹ mutabilib⁹ adherere. Vel sñ eundem Peccatū
est omne dicitū vel factū vel p̄cipitū p̄tra legem dei. Item sñ ambrosium
Peccatū est p̄varicatio legis diuine et inobediencia peccatorū. Et istis dif
finitōib⁹ p̄mo sequitur q peccatū p̄ncipaliter est in volūtare mala vel ex ea
pcedit et est volūtarium. Unde dicit Seneca q omne peccatū est actio volū
taria. Secdo sequitur q peccatū est p̄tra iusticiam. ex eo q pñia pcedit ex de
crimine iusticie. Tercio sequitur q iuste peccator p peccatis meret penas.
q nullus est p̄re iuste puniendus nisi p actione mala. nec etiā p̄miā d⁹
est nisi p actiōe bona. Quarto sequitur q omne peccatū sit p̄tra legem et p̄cep
ta dei. Quinto sequitur q in omni peccato et p̄cipue mortali est dimissio dei
et adhesio rei mutabilis. Ad s̄cōm rñdetur q peccatū duob⁹ modis p̄mie
ritur. scz faciendo malū. et dimitrendo bonū. et p̄mū p̄prie dicitur peccatū. sc̄dm
vero delictum quasi derelictum. Alia dñia est. qz delictū est ignorans cō
missum. sed peccatū est scienter p̄missum. Ista tñ differentia non obstāte se
pe vnū hate p̄ reliquo. Ad tertiu dñm q sñ magist⁹ sententiarū libro
secdo peccatū originem et cām sui traxit ex bono. quia ante p̄mū peccatū nō
erat aliqd malū. Et hoc p̄bat sic. qz cū peccatū originem et cām habuit h
fuit aut ex bono aut ex malo. non ex malo. qz ante peccatū non erat aliqod
malū vnde oriretur. ergo ortum est ex bono. scz ab angelo. qui angelus. s.
lucifer ante peccatū non erat nisi bona creatura scz creatura dei. Et quo p̄z
q peccatū incepit in celo vbi lucifer summus angelus et p̄mus fuit q pecc
eatum p̄mū p̄misit. cū extollendo se dixit. ponam sedem meam in aquilo
ne et similis ero altissimo. Ad quartū respōdetur q hō cecidit in peccatū
diabolo suggerente. carne delectante. et anima p̄sentiente. Unde aīa p̄sen
tiens p̄mittendo inobediencia torā naturā humanā corripit. Ad qñ
tum rñdetur q dñati nō possunt peccare. qz nō possunt aliquid mere
ri. quia nullus meret nisi in hac vita. Et sic etiā saluari peccare nō pñt
Et si dicat q angeli p̄us peccauerūt et ceciderūt. vt patet de lucifero. er
go videt q adhuc existētes in celo poterūt peccare et similiter sancti. Ad
stud rñdetur negando p̄sequentia. qz angeli iam sunt ita p̄firmati in ca
ritate christi q nō possunt habere malū velle. vel volūtatem in malū ver
tere. Similiter dñm est de sanctis. Ad sextū rñdetur q nos debem⁹ ali
is remittere mala nobis illata vt de⁹ remittat nobis nostra peccata. qz

De peccatū

hoc petimus in orōne dñicali qñ dicim⁹ dimitte nobis debita nostra sicut
et nos rē. nā si non dimittim⁹ debitorib⁹ nostris tūc petimus iudiciū
nostrū. qz tunc petimus q deus nō dimittat nobis debita nostra. et ergo
errāt q volūt orōes dñic. alē corrigere z meliorare dicētes. dimitte nobis
debita nostra melius qz nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris

prēne delicias carnis illicito s vana
Sperne voluptates. ludos. spectacula mundi
dimitte malū sociū strepitū

Desere consortem prauum. populiqz tumultum
occultas orōes factū misericordie

Secreta sꝑz preces. et opus pietatis amato

Hic autor ostendit que sꝑz vtilia p̄fiteati ac penitēti. z p̄mo q̄ sunt fugiēda ab eo. Secūdo q̄ sunt acceptanda. ibi (Secreta sꝑz p̄ces) Et dicit tu penitens sperne voluptates. ludos. z publica spectacula mūdi. z masculū socium z tumultū populū. Tūc ibi (Secreta sꝑz p̄ces) Dicit qz tu penitens debes amare secreta p̄ces z opa pietatis.

Circa textū
pubicitur

Primo q̄re voluptas sit spernenda
Secūdo quare ludi sunt spernendi. z vtrum ludi unū
pediant penitentiam
Tercio que sunt seruanda circa ludos
Quarto q̄re spectacula mūdi sit spernenda
Quinto quare omnis penitens debet semper fugere
re malum socium
Sexto quid nocet penitenti tumultus ppli

Ad primū respondet q voluptas multis modis est spernenda a quoslibet homine z p̄cipue penitenti. Primo qz nocet naturalib⁹. qz dicit Boetius in secundo de consolatione philosophic: paucis eñ ac minimis natura contenta est. Et ideo p̄muniter dicitur q gula plures homines interficiat qz gladius. p̄ter hoc qz sequi videmus ex gula z voluptatib⁹ graues z mirabiles infirmitates. Secūdo nocet voluptas q̄stum ad deū. qz cuius sit p̄tra preceptū dei est peccatū. Tercio nocet q̄stum ad animam. qz graua peccata inde sequi solent. vt acedia. luxuria zc. Quarto nocet p̄ximū. qz pauperē p̄uat nutrimentis. possent eñ sup̄flua dari paupib⁹ ad eorū nutrimentū. Ad scdm̄ r̄ndetur q duplex est ludus. scz diuinus vt ludus organoz. z cantus ecclēie quib⁹ diuinū officiū pagitur. Alius est ludus non diuinus sed magis secularis. et ille est duplex. quia quidam est ludus lucrans pecuniam vel rem aliquam. vt ludus taxilloz. alearum z globoz. Et iste ludus lucrans est duplex. qz qdam p̄mittitur fortune. vt ludus taxillorum et quidam est qui regit per intellectum humanū vt ludus scacorum. Alius est ludus nō lucrans pecuniā. Et iste est etiā duplex: qz quidam fit p̄pter deductionē temporis. vt in instrumentis musica lib⁹. quidam fit p̄pter vanam gloriā. vt ludus theatralis. ludus lancearum. z isti ludi theatrales sunt prohibiti. similiter ludi lucratiui pecuniarū vel rerū. z etiā illi ludi q̄ p̄mittuntur fortune. Admittūt tñ p̄ leges aliq̄ ludi lucratiui si fiant gratiose. p̄ p̄metibilib⁹. dūmodo tñ fiant ad modū

eā summā & nō ducat in p̄suetudinē. Unde ludi theatrales sunt p̄hibiti
 ti. vt sunt luctatōes publice tomeamenta. basitludia & h̄mōi. Pr̄mo q̄ si
 nnt male & indebite. sc̄z cū peccatis. Sc̄do q̄ fiunt malo fine. sc̄lz p̄pter
 vanā gloriā & laudē mūdi. Tercio q̄ multa mala inde sequūtur. sc̄z bo
 micidia ire iudicē sup̄bie & h̄mōi. Et quo sequit̄ q̄ illi ludi sunt sp̄nedi
 a penitente. q̄ tales ludi impediūt p̄niam. q̄ auerūt hoies a p̄ritōe cor
 dis q̄ est maxime necēria penitenti. & ergo ludi moderati (qui non varia
 rent mentē penitētis. sed fierēt solū ad refocillatōem vel recreatiōem sp̄rit
 uū vitaliū) bene fieri p̄nt. Ad terciū r̄ndet̄ q̄ tria sunt seruāda in ludo
 Pr̄mū est q̄ nō fiat cū p̄bis turpibz vel nociuis. q̄ si fieret circa p̄ba vel
 facta mortalia tūc esset p̄ctm mortale. Sc̄dm est q̄ in h̄mōi ludis non sit
 at intima dilectatio. que ludentē a deo auertere possit seu a p̄posito peni
 tendi. Tercius est q̄ ludus p̄gruat p̄sone loco & t̄p̄. q̄ al̄s si esset veniale
 p̄ctm p̄pter circūstārias aggrauantes fieret mortale. Ad q̄rtū r̄ndetur
 q̄ ideo spectacula mūdi sunt sp̄nedā q̄ in se mala sunt vt dem̄ est in se
 cūdo dubio. etiā inducūt circūstantes ad lapsum. sc̄z ad lasciuā vel cru
 delitatē. cui circūstantes videntur p̄sentire. Ad q̄ntū r̄ndet̄ q̄ quilibet
 & sp̄cialiter penitens debet dimittere malū sociū. q̄ malus socius p̄ malas
 suggestiōes inducit aliū frequēter ad peccandū. q̄d non faceret si care
 ret illo malo socio. Et p̄ oppositum quilibet debet habere bonū sociū cui sua
 secreta reueler. q̄ retrahet eū a vicijs vt vult Boetius in libro de disci
 plina scholarū. Et etiā hoc docet psalmista dicens. Cū sancto sc̄us eris cū
 puero puereris. Ad sextum r̄ndet̄ q̄ tumultus & strepitus ppl̄i nocet
 penitenti. q̄ remouent ip̄m a penitētia. q̄ vt vult p̄hs in de sensu & sensa
 ro. Bonus maiores expellūt minores. ergo mor̄ vel strepit̄ ppl̄i exteri
 ores excludūt motus interiores sc̄z p̄ntē & deuotionis
 cūcta delicta defleat ver̄ dolor de p̄ctis

Omnia peccata plangat contritio vera

inqrēs morā p̄ctōz s̄ mediāribz q̄bz peccauerit

Scrutans etates sensus loca tempora membra

deflens p̄ctā p̄ sc̄ā nō h̄ns p̄positū facere. i. q̄ deberēt fieri

Deplozans acta nolens committere stenda

deplorās p̄ctā oblita cū factis & neglectis

Plangens amissa cum commissis et omissis

s̄ plagas p̄mū tuū defraudasti

Offensasq̄ dei q̄ fratrem damnificasti

Hic autor determinat de p̄ritōe. & diuidit in tres p̄tes. nā p̄mo osten
 dit in generali q̄ debem̄ deplangere p̄ctā nostra in p̄ritōe. Sc̄do osten
 dit circūstārias q̄ debemus aduertere circa p̄ctā in p̄ritōe. ibi (Seru
 rans etates) Tercio ostēdit in sp̄ciali de q̄bz sit h̄nda p̄ritio. ibi (Deplo
 rans acta) Sed legant̄ p̄res simul. Et d̄t p̄mo q̄ habēs verā p̄ritōnem
 de omnibz peccatis suis ille debet deplangere omnia peccata sua simul i
 quirendo etates. hoc est q̄ dū hō stetit in peccatis. et sensus euz quibus
 peccauit. & loca in quibz peccauit. & tempora in quibz peccauit. & mēbr̄a

est quibus peccata sunt facta. **Q**uia debet in peccato ne deplangere oia peccata
missa. et non velle amplius committere ea. Et dicitur etiam deplangere illa peccata
quae lapsa sunt a memoria. Et peccata commissionis et omissionis etiam dicitur deplangi
gere. et quae sepe deum offendit per peccata. et quae divina primo suo sepe intulit

Primo quis possit facere peccatum
Secundo quare magis delect peccatum per peccationem quam
per alium actum anime
Circa tertium
Tercio vix per quolibet peccatum debeat esse peccatum
Quarto quare peccatum debeat deplangi oia peccata.
Quinto quare illa quae ponuntur in textu. scilicet etates
sensus et sunt perscrutanda
Sexta quae peccata dicuntur amissa. quae omissa. et
quae commissa

Ad primum respondetur quod in peccato sunt tria tenenda secundum sanctum Thomam
scilicet actus doloris. forma gratiae elicentis. et effectus meriti. sufficiens. propter
defectum primi peccatum non est in bonis. quod in eis non est actus doloris. propter defe-
ctum secundi peccatum non est in damnatis. quod in eis non est forma gratiae. propter
defectum terti peccatum non est in purgatorio. quod anime in purgatorio non sunt in
statu merendi. Ex quo sequitur ratio ad dubium. scilicet quod peccatum sit solum in
hominibus penitentis vite. **A**d secundum respondetur quod haec est ratio. quod in omni peccato est dele-
ctatio vel placetia trabes hominem a deo. et quod peccata peccatorum curant. et
ergo actus dolens peccatum dicitur esse penitentia vel displicentia peccatorum per quae
trahimur ad deum. et sic est in peccato. ergo magis per peccatum quam per alium actum
animo delectur peccatum. **A**d tertium respondetur quod triplex est peccatum. scilicet
originale. veniale. et mortale. **N**on peccatum originali non oportet fieri peccatum. quod
per peccatum non delectur. sed per baptismum. **N**ec per peccatum veniale debet fieri
si nisi una generalis peccatum si non sit nimis ductum in consuetudinem. vel non
habeat circumstantias aggravantes. **S**ed per peccatum mortali debet fieri per
secunda penitentia et specialis confessio quo ad omnes partes penitentiae. **A**d
quartum respondetur quod haec est ratio. quia omnipotens deus non dimittit unum pec-
catum mortale absque alio. et de isto videbitur postea. **C**um merita dicitur **L**ar-
ga dei peras veniam non dimidiabit. **N**ihil autem totum te lacrimante
dabit. **A**d quintum respondetur quod ista scilicet etates sensus et sunt perscrutanda quod
aggravant peccata. ut dicitur tibi (Aggravat ordo locus) **A**d sextum
respondetur quod dupliciter distinguitur peccatum. scilicet commissionis. quo scilicet pec-
cator malum commisit. et omissionis. quo homo dimisit bonum ad quod tenebatur
Et utriusque per distinguitur. quod quod dicitur est amissum. id est delectum a memoria. et
quod debet fieri peccatum et confessio in generali. **A**liud est in memoria. de quo
non ficta non diuisa et tua. id est mundo corde

Vera sit et integra. sit et confessio munda

velox cum sepe assidua voluntaria manifesta

Sit cita. firma. frequens. humilis. spontanea. nuda
de propriis peccatis. cum discretione. cum plena peccatione. in plarone. sine fraude

Propria. discreta. lacrimosa. morosa. fidelis

prope peccata

In ista pte auctoz specialr determinat de pessione. 2 diuidit in sex ptes
In pma ostendit qlis debet esse pessio In scda quibz medijs dz fieri con
fessio In tertia cui debet fieri In qtra de quibz pctis debet fieri In qtra
que sunt circūstantie aggrauātes pctā. In sexta ondit quō imponēda sit
penitētia pfitenti. pres patebunt. Dicit pmo sic: q pessione debet esse vera
et integra pura munda velox subitanea. ppter periculū mortis. firma fres
quens humilis spōtanea. i. voluntaria. nuda. i. manifesta. propria. i. de p
prijz pctis. discreta. lachrymosa. i. dolorosa. 2 fidelis

Circa istum
textū dubitat

- Primo qñ debet fieri confessio
- Secundo quid pdest confessio generalis
- Tercio in quibz casibz iteranda sit confessio
- Quarto vtrum confessio potest dimidiari
- Quinto vtrum ne vnus confessor potest audire cō
fessionem 2 alter absoluerē.
- Sexto que sit rō illoz que ponunt in textu

Ad primū rñdetur. q p m iura 2 statuta matris ecclesie quilibet (q per
uenit ad annos discretiois) debet ad minus semel in anno scz in pasca pfi
teri omnia pctā sua ppro suo sacerdoti. 2 etiā p munitari. nisi forte abstis
neat de pssio sui sacerdotis. Sunt tñ sex casus in quibz p m doctores dñs
tenet statim pfiteri pctm mortale. Primus casus est. qñ aliqñ timet postea
nō habere oportunitatē confitendi. Scds est. qñ est pfiturus in articulo
mortis. Tercius est qñ quis se exponit piculo mortis. vt in bello vel in na
uigationibz. Quartus est qñ quis debet cōicare. Quintus est qñ quis de
bet ministrare sacramentū aliqñ. Sextus est qñ quis debet facere actū so
lemnē in ecclesia. vt dicere euangelū vel epistolā solemniter. qz immūdus
nō debet esse pteco. i. nuncius pbi dei. Ad scdm rñdetur. q pessione ges
neralis valet ad tria. pmo ad remissionē pctōz venialū. Tñ licet p m ma
gistrū sententia p libro qtro pctā venialia pfiteri debēt. 2 specialr illa que
sunt frequēter iterata. tñ non est necārium in speciali de oibz pfiteri. cū sint
quasi infinita. sed p eis debet fieri pessione generalis. Scdo valet pessione ge
neralis ad remissionē pctōz a memoria lapsōz. qñs etiā sunt mortalia si
non habent in memoria. Si tñ postea redirēt ad memoriā deberēt dici in
speciali. Tercio valet ad instructionē rudū. vt scz sciāt discernere inter dñ
ueria pctā. qz als rudes pctā nō reputarēt esse pctā. Ad tertiū rñdet.
q pessione facta pus in sex casibz est iterāda. Primus est qñ pffesor (cui cō
fessus est pctōz) est fatuus vel impicus. Scds ē si penitens ptempserit sa
tisfactionē sibi iniunctā. vel de nouo si oblātus est ipsam si tñ sciret eam 2
adhuc implere veller nō o3 pfiteri. Tercius si pffesor nō haberet autoritā
tē absoluedi. 2 mittat eum ad supiorē. tñ si supior exigit o3 ipm de nouo
pfiteri. Quartus est qñ quis sicte venit ad pessione sine pposito absolue
di 2 abstine di. sed pctm iterū pmittendi. Quintus est qñ aliqñ dimidiat
pessione omittēs sciēter aliqñ pctm mortale. Sextus est qñ quis dubis
rat de pessione an scz fecit pessione alicui? pcti mortalis an nō. In q
tum rñdetur q nō. vñ habent simile in medicina corporali. nā si cut ad sant
tatē corpis medicus nō solū cognoscit vnū morbū s3 omēs rtorā dispōez
et pplexionē infirmī. qz als posset. p vna pte corpis talem dare medicinā

q̄ p̄ alia pte tantū corrupere quantū p̄ vna pte sanare. z hoc venit p̄
 ter diuersitate morbi. Sic pariformiter est de medico spiritali. i. de con
 fessoze q̄ debet omnia pctā simul scire. quia alis posset dare remediū. p̄tra
 vnum pctm̄ q̄b̄ non valeret ad aliud. sed magis fortificaret ipm̄. **Cr̄ia** si
 erit ex vno morbo ita bene moritur hō sicut ex multis. sic etiā ita bene con
 demnat anima p̄ vno pctō mortali sicut p̄ multis. **Ad** q̄ntum r̄ndetur
 fm̄ Guibelmū. q̄ vnus p̄fessor nō debet audire p̄fessionē z alter absolue
 re. q̄ sacramentū nō est diuidendū. **Un̄** non p̄r quis dare remediū de vul
 nere vel morbo sibi ignoro. licz alteri sit notū. **Ad** sextum r̄ndetur. q̄ cō
 fessio debet esse p̄a ita q̄ hō non mentiat. z sibi nō ascribat pctm̄ quod nō
 fecit. nec etiā minus dicat q̄ fecit. **Sec̄do** debet eē integra. vt patuit in du
 bio p̄cedenti. **Tercio** debet esse mūda. ita q̄ fiat puro z mūdo corde. quia
 p̄traria p̄rijs curant. **Quarto** d̄z esse veloci. i. statim postq̄ hō peccauerit.
 q̄ q̄nto diuti⁹ vulnus manet sine remedio tāto magis fit putridū. **Qui
 to** debet esse firma. i. cū firma spe de remissione pctōz. **Vel** firma. i. fortis
 sic q̄ hō non redeat statim ad pctm̄. **Sexto** d̄z esse frequē. q̄ q̄rens q̄s ca
 dit toriens d̄z resurgere. **Septio** debet esse humilis. q̄ p̄ humilitatē d̄z re
 surgere pctōz. **Octauo** d̄z esse sp̄tanea. q̄ pctm̄ fuit voluntariū. **Nono** d̄z
 esse nuda. q̄ q̄nto magis nude vulnus ostendit medico. tāto melius res
 mediū potest apponere. **Decio** d̄z esse de p̄rijs pctis. i. nō de pctis alioz.
Undecio d̄z esse discreta. i. q̄ hō discrete dicat circūstācias pctōz. **Duo**
decimo d̄z esse lachrymosa. i. cū p̄ritioe vt pus patuit. **Decimotercio** d̄z
 esse morosa. i. tarda sic q̄ p̄fessor nō defraudet p̄ celeritatē verboz. **De
 cimoq̄rto** d̄z esse fidelis. i. cū fide xp̄iana. vt dicitur ibi. **In om̄is querat**
Et istud idē patz in hīs p̄sib. **Sic simplex humilis p̄fessio pura fidelis**
vera frequē nuda discreta libens veracida. Integra secreta lachryma
bilis accelerata. Fortis z acculans z lit parere parata

p̄mam agas p̄fecte veracif s̄ pctōzem
Eniteas plene. si vere peniteat te

i. p̄nunciū i. p̄rās i. dic i. in p̄ria p̄sona

Non per legatum. nec per breue. sed refer ipse

s̄ p̄fessori maḡ prudēti p̄fiteri honestiori

Comparienti plus sapienti dic meliori

sacerdotib̄ s̄ tibi pctā tua

Presbiteris multis prodest si confitearis

p̄ntia sacerdot̄ absit dic socio tuo

Propia presbiteri si desit pande sodali

s̄ cui i. vulnera s̄ tue pctā manifestes

Corporis vt maculas anime sic crimina pandas

In ista pte autor oñdit q̄b̄ medijs debeat fieri p̄fessio dicens. tu pctōz
 debes plenarie penitere de oib̄ pctis. z nō debes reuelare pctā tua p̄ aliū.
 nec p̄ rās. s̄ p̄prio ore p̄fitearis. **Tūc** ibi (Cōparienti) **Dicit** q̄ p̄fessio
 d̄z fieri sacerdoti p̄parienti intelligēti z bñ viuēti. **Et** d̄t vltra. q̄ expedite p̄
 salute aie multis p̄sbit̄eris p̄fiteri. **Et** si sacerdos defuerit tūc fiat p̄fessio
 sodali. **Et** debes manifestare oia crimina aie sicut vulnera corpis

Circa istum
textū dubitat

Primo utrū confessio valeat p̄ nunciū vel per lras
Secūdo quare hō debeat confiteri sacerdoti
Tercio quare debet fieri sacerdoti p̄ patienti
Quarto an quis poterit cōfiteri alteri sacerdoti q̄
suo proprio curato
Quinto utrum q̄s potest p̄fiteri laico
Sexto quō intelligēda est lra Corpis vt maculas

Ad primū r̄ndetur p̄m sc̄m Thomā p̄ hec p̄ba. q̄ confessio facta p̄ nunciū
cū vel p̄ lras licet sit quoddā opus bonū et p̄fectum t̄n inq̄ntū est sacramēt
et um nō d̄z sic fieri. q̄ determinatā h̄z materiā. i. actū p̄mōtis quo p̄scien
tia hoīs manifestari p̄suevit. Ad sc̄m r̄ndetur. q̄ ideo confessio d̄z fieri
sacerdoti. q̄ sacerdotes p̄nt peccatorē absoluerē a pct̄is. ex quo eis p̄miss
se sunt clauēs ecclesie. Ad terciū r̄ndet. q̄ pct̄ōr debet p̄fiteri sacerdoti
p̄ patienti. q̄ p̄passio sacerdotis inducit peccatorē ad deuotionē. et ne pec
cator terreat. vt sic p̄pter terrore omittat sciētē aliq̄d pct̄m mortale. Et
d̄z p̄fiteri sacerdoti sapiētē. i. intelligētē pct̄ā et p̄uitas pct̄ōr. q̄ medicus
nescius nō potest tene dare medicinā egrotō. Et d̄z p̄fiteri sacerdoti bo
no et b̄n̄ uiuenti. q̄ mali et iniusti p̄fessores sunt cecī ductores cecōr. et sic
ex vtraq̄ p̄te in foueā eterne d̄anatiōis cadūt. vt solet etiā dici in h̄is me
tris. Si cecus cecū conatur ducere cecū. In foueā ductor p̄mo cadit inde
sequitōr. Ad q̄rtum r̄ndetur p̄m Hostiēlem. q̄ decē sunt casus quibz
aliquis p̄t p̄fiteri alteri q̄ suo p̄prio sacerdoti. Primus est q̄n p̄p̄ius cura
tus est impicus. sic q̄ nō potest subito p̄sulere suo parrochiano. petenda ē
t̄n licentiā. quā si nō obtinuerit nō obstat. Sc̄d̄s casus est q̄n quis trāstul
lit domū vel habitatiōē suā ad aliam parrochiā. vel si habeat domū in
alia parrochia. Tercius casus est. q̄n quis est vagabūdus vel pegrinus
rōne negociatiōis vel deuotionis. Q̄c̄it t̄n Guilhelmus q̄ talis d̄z habe
re licentiā a suis sup̄ioribz ad sic eundū. Quartus casus est rōe delicti. vt
si delictū fuerit p̄petratū in alia parrochia. Quintus casus est rōe studij.
vt cum scolaris trāstulerit se ad aliū locum rōne studij. non t̄n debet ibi re
cipere ordines nisi de licentiā sui dyocesanī. Sextus casus est rōne necita
tis. vt in articulo mortis. Septim⁹ casus est q̄n quis h̄z spem q̄ suus cur
ratus hoc p̄ grato habeat. non t̄n est absolutus nisi curatus suus dede
rit sibi p̄sentum vel licentiā. Octauus casus est q̄n p̄p̄ius curatus fuerit
hereticus vel scismaticus vel maiori excoicatione excoimunicatus. Non
nus casus est q̄n quis est infra annos discretiōis. Decimus casus est. p̄
ter speciale p̄uilegiū a papa archiepiscopo vel episcopo vel alicui alteri
cōcessum. Ad q̄ntum r̄ndetur. q̄ quis potest cōfiteri laico tpe necessita
tis. Dicunt t̄n aliqui q̄ sufficiat soli deo confiteri tpe necitatis cum p̄pos
to et volūrate p̄fitendū sacerdoti si posset eū habere. Ad sextū r̄ndetur
q̄ littera ista potest dupl̄r intelligi. Vno mō sic. tu debes manifestare cri
mina cordis sicut vulnera corpis. id est sicut vulnera corp̄oris ostendunt
medico: ita pct̄ā (que p̄ncipaliter in corde sunt reseruatā) ostendunt p̄res
bitero. hec sententiā magis p̄cordat l̄re. Alio mō sic. tu debes manifestare
pct̄ā cordis et pct̄ā corp̄is. q̄ inter pct̄ā quedā sunt in corp̄e et q̄dā in ani
ma. et ista sententiā p̄cordat cum sententiā sequenti

*Primo dicitur p̄fiteri
aliqui p̄
p̄fiteri alteri q̄ suo
proprio sacerdoti*

.i. peccata carnalia falsa iuramenta gula rapina luxuria
Carnalia sunt periuria. crapula. furta. libido
In corde Inuidia rancor supbia tracundia auaricia
Dente latet liuor. odium. tumor. ira. cupido

In ista pre autoz ondit de quibz peccis debet fieri confessio. et pmo in gē
nerali ondendo q̄ sunt peccata corporis et q̄ anime. Secdo ondit ppositum de
quibz specialr dz fieri cōfessio. ibi (Precipue pestes) Dicit ergo pmo sic.
q̄ pūriū gula furtū et luxuria sunt peccata carnalia. i. carnis. sed odiū liuor su
perbia ira et cupido sunt peccata mentis. i. cordis. qz nō fiunt carne vel cor
pore ad extra. sed remanent in anima

Circa istum
textū dubitat

Primo que peccata dicunt carnalia et que mentalia
Secundo quid sit pūrium
Tercio an omne iuramentū sit malum
Quarto vtrum iuramentū ad faciendum malum
sit obseruandum
Quinto vtrum aliquis iurans per cautelam decip
piendo alium sit periurus
Sexto vtrum littera in se sit vera

Ad primū rōndetur. q̄ licet omne peccatū sit radicalr et pncipalr in anima
tū quedā peccata dicunt carnalia. Ideo qz fiunt carnalr ad extra. vel p opatio
nes extrinsecas. Alia vero dicunt mentalia. q̄ sez nō fiunt mediāte corpe
vel carne extrinseca. sed ad intra remanēt in anima. Ad scdm rōndetur
fm magistru sententiay q̄ pūriū sic describit. Periuriū est mendaciū iur
ramento firmatū. Cū fm Hyeronimū in iurandū debet esse tria. i. ve
ritas iudiciū et iusticia. et si ista defecerint nō erit iurandū s; periuriū
Et differunt mendaciū et periuriū sicut supius et inferius. quia menda
cium est supius ad periuriū Cū mendaciū fm Aug. sic describit. Men
daciū est falsa vocis significatio cū intentiōe fallendi. Ad terciū rōndetur
fm magistru sententiay q̄ iuramentū quicqz est bonū et quicqz est malum. vnde
spōte et sine neccitate iurare vel false iurare est grāde peccatū. Sed ex neccita
te iurare. i. ad assentiendū innocentibz vel ad federa pacis pfirmāda non
est malū. Cū dicit Aug. Iuramentū est faciendū cum pigri sint homines
ad credendū illud quod eis est vtile Ad q̄rtum rōndetur. q̄ iuramentū
transies in peiorē exitū potius est mutandū q̄ implendū. qz dē ysidorus
In malis pmissis rescinde fidem. in turpi voto muta decretū. qd incaute
voulsti nō factas. impia em̄ est pmissio q̄ scelere impletur. Ad q̄ntum
rōndetur fm magistru sententiay dicentē. quacūqz arte p̄boz quis iurā
deus tū qui p̄cie verborū est testis h̄ ita accipit sicut ille intelligit cui iura
tur. Et subdit q̄ duplr aliquis reus fit q̄ deceptor: te iurat. qz nomē dei in
uanū assumit et p̄mū suū dolo capit. Ad sextum rōndetur. q̄ licet libi
do pprie p̄sistit in affectu. tū in pposito capif. p actu extrinseco luxurie Et
licet liuor et odiū sint synonoma. p̄ tū hic liuor accipi vt ē inuidia trāsies
et odiū vt est inuidia remanēs Et p cupidinē intelligit auaricia mēralis
Sed p furtū intelligit auaricia extrinseca sez iniusta acq̄sitiō
specialr .i. septē peccata mortalia existimes pncipalia
Precipue pestes septem memores capitales

mendaciū

tñ .i. pncipalia alia pctā descēdētia
Non solum fontes. sed riuos inde fluentes
 .i. pctō pncipali. pctm̄ fluēs ex pncipali interdū nocēs
Sonte suo riuus magis est quādoq; nociuus
 illi? vīri p̄cubit? p̄uor quā habuit ex vino
Unde loth incestus peior fuit ebrietate
 illi? vīri pctōr interfectio abel iracūdia
Atq; cayn grauior cedes fraterna furore

In ista pre ostendit auroz de qb; peccatis spēalit̄ debeat fieri p̄fessio. &
 diuidit in tres pres. **I**n p̄ma facit qd̄ deū est. **I**n sc̄da enumerat peccata
 mortalia. ibi (Lulpaꝝ fontes) **I**n tertia ostēdit quō debeat fieri p̄fessio de
 peccatis venialib; ibi (Lūq; sigillatim) **D**icit p̄mo sic. q̄ p̄fessio spēalit̄
 ter debz fieri de peccatis mortalib; siue septe capitalib;. & nō solū de illis
 sed de omnib; inde puenientib;. qz riuulus quicq; est magis nociu? suo fon
 te. Et hoc declarat exemplariter. **I**n incestus loth peior fuit q̄ sua ebrie
 tas. **E**t interfectio abel (quā p̄misit cayn) peior fuit furore ipsius cayn

Circa istum
 textū dubitat

Primo q̄re pctā mortalia dicunt pestes capitales
 Secdo verū pctm̄ nascat ab aliquo
 Tercio quō pctm̄ vnū descendit ab alio
 Quarto an interficiens aliquem in ebrietate excus
 setur per ebrietatem
 Quinto vbi habetur p̄mū exemplū per quod pro
 bat textum suum
 Sexto vbi habetur secūdum exemplū

Ad p̄mū dubiū m̄def. q̄ septem pctā mortalia ideo dicuntur pestes. qz
 interficiūt aiām. sed dicuntur pestes capitales. qz ex ipsis oīa mala oriunt̄
 nullū em̄ pctm̄ est qd̄ ab aliquo istoꝝ originē nō trahit. **N**ā p̄m̄ Gregoꝝ
 riuū radix cui? libet peccati est supbia. **A**d secūdū respondet. q̄ ex supbia
 nascunt̄ omnia alia peccata. vt statim patuit. qz radix est omniū peccato
 rū. **T**riā supb? vult omēs p̄cellere. & dolet si quis ei equat. **A**d terti
 um respondet. qz supbia vult omēs p̄cellere vt patuit. sic ex ea nascitur i
 uidiā. **I**uidus vero de facili irascit̄ illi cui inuidet. ideo ex inuidia nascit̄
 ira. sed ira cū non potest vindicare tristat̄. ideo ex ea nascit̄ accidia. **A**c
 cidia vero quierā vitā querens facit auarū. **A**uarus qz in rpalib; abūdat
 potest exercere gulā. **G**ula vero p̄pter ventris repletōem de facili mouet
 ad luxuriam zc. **A**d quartū respōdet q̄ interficiens aliquē in ebrieta
 te nō excusat. immo tanto magis puniri debeat. **E**t si dicatur nō fecit hoc
 volūtarie vel scient. sed ignorāter. ergo merito ignorantia excusabit̄ pees
 catū. **D**icendū q̄ omne peccatū p̄sequens aliqd̄ peccatū volūtarū debeat
 dici volūtarū. sed talis ebrietas fuit volūtaria. ergo & interfectio. **C**ū ta
 lis dupl̄r debeat puniri. scz pro ebrietate & interfectōe. i. homicidio. **A**d
 quintū responderur. q̄ p̄mū exemplū textus habet **G**enesis decimo no
 no. vbi dicitur q̄ **L**oth post submersionē sodomie & gomozre habitauit in
 spelūca montis cū duab; filiab; suis. & dixit maior filia ad minorē. **P**ater
 noster senex est & nullus vīroꝝ remansit in terra. veni inebriemus cum vi

no 2 dormianus cū eo. vt sic seruari possumus cū patre nostro. 2 fecerūt. sic. Ingressi qz est maior filia 2 dormiuit cum patre. siliter 2 minor altera nocte. 2 peperit ā bo 2 genuit. maior em genuit moab. 2 minor amon

Ad sextū rīdet q̄ habet Genesis q̄ro. factū est autē p̄ multos dies vt offerret cayn de fructibz terre munera dño. Abel em obtulit de p̄mis grez gibo suis 2 de adipibz. 2 respexit dñs ad abel 2 ad munera eius. ad Cayn vero 2 ad munera nō respexit. iratusqz cayn vehementer 2 p̄cidit vultus eius. et seqrur quibusdā diebz interpositis dixitqz cayn ad fratē suū. egrediamur foras. cūqz em in agrū venirent p̄surrexit cayn aduersus abel fratrem suum 2 interfecit eum

crimīnā pctā p̄ncipalia supbia inuidia

Vulparum fontes sunt fastus. liuoz. et ira

luxuria q̄rū ad mētē. cupido crapula. luxuria q̄rū ad op̄

Accidiaqz venus et auaricia. gula luxus

Hic autor ostendit q̄ sunt pctā mortalia dicēs q̄ fontes pctōz s̄z fastus. i. supbia. liuoz. i. inuidia. ira. accidia. auaricia. gula. 2 luxuria

Primo qd est supbia 2 q̄ s̄z spēs eius.

Secdo p̄formiter dubitat de inuidia. 2 cum hoc de ira eodem modo

Circa textū
dubitat

Tercio de accidia

Quarto de gula

Quinto de auaricia

Sexto de luxuria

Ad primū rīdetur q̄ fm̄ augustinū supbia sic describit. **Supbia est p̄uerse celsitudinis appetitus.** Vel sic fm̄ Iohā. **Supbia est cum q̄s se extollit supra id qd est sibi p̄fixum a deo siue a regula diuina.** 2 spēs supbie parent in hoc metro.

iactāria. vana gloria. ipatiētia. pauper. derisio

Jac van impa veri

simulatio. arrogātia. hypocrisis. p̄temptus. displicētia

simul ar hypo con displi

Ad scdm̄ rīdet. q̄ fm̄ augustinū inuidia sic describit. **Inuidia est odiuz aliene felicitatis** Vel sic describit fm̄ Iohā. **Inuidia ē tris sticia de bonis p̄mi.** Species inuidie patēt in hoc metro detractio rez. v̄l bonoz. gaudiū de malo al. iuocatio. aggregatio. diuā

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

q̄ **Tr** ira sic describit fm̄ Augustinū. **Ira est vlciscēdi voluntas. vel sic fm̄ Thomā** **Ira est appetit⁹ vindicte. 2 spēs ei⁹ patēt in h̄ vsu**

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

Trac. mach. op. cap. furep. quoz suspi

Supbia

Inuidia

Ira

Ad tertium rñdet q accidia sic describit fm iohānē damascenū. Accidia est tristitia aggrauās animū hoīs vt ei nihil agere liceat. Vel sic accidia est de virtutū laudabili exercitio vtriusq; hoīs languida defectio. z species eius patet in hoc versu

**Ignorantia. derelictio dei. desidia. negligētia bñficiū. sōn^o tpe fut. dñi: oclū
Ig. dere. de. neg. som. ocl
despatio. stulta locutio. tristitia in aduersis: cura rerū spaliū. hortatio
des. stul. trisquoq; cur. hoz.**

Ad quartū rñdet q auaritia fm tullius est imoderatus amor habendi diuitias. Vel sic fm bernardū Auaritia est quarūlibet rerum insatiabilis z inhonesta cupido. Et spēs eius patet in hoc vsu

**Vsura furtum rapina symonia mēdaciū infidelitas
A fur rap symo men in
fraudulētia. obduratio. dolose as. debitoꝝ nō solutio. cupiditas. pūritū.
frau. ob. do. de. cu. per**

Ad quātū rñdetur q gula sic describit. Gula est imoderata cibi vel potus auaritas. i. cupiditas. Vel sic. Gula est vorax edactras vilib; nō cōta. Vel sic. gula est qñ aliq; in comedendo vel bibendo ab ordine rōnis recedit. Et spēs patet in hoc vsu.

**Scurrilitas. ebrietas. vomit^o. lud^o. taloz. sacri tps abusus. rerū
Scur. e vo. lu. sacri esus
s^o tps sacri. fractio ieiunioꝝ fractio voti vel nō obseruatio
fractio ieiū. quoq; voti**

Ad sextū rñdet q luxuria sic describit. Luxuria est libidinose voluptatis appetitus. Vel sic. est ex imūdis desiderijs veniens lubrica mētis z carnis psecutio. Et spēs eius patet in hoc vsu

**In. me. flo. rap. ad. pro
nocturna pollutio. cupiscētia. psensus. violatio sacri tps
noc. concu. con. vio. tempo**

**diuisum. s. qdlibet pctm. s^o pctā pfectus fueris. sacerdoti
Sunq; sigillatim mortalia dixeris vni
s^o pctā pter aggrauāt sequētia .i. pctā**

**Uncta simul quecunq; grauant comitantia culpas
pfitere in volūtare facere s^o pctm**

**Dic citra facium committere quod voluisti
s^o pctā pctā a memoria neglecta**

**Dic venialia. dic que sunt a mente relapsa.
pctā .i. venialit^o pctā**

**Dic tua delicta generaliter ista reuela
culpabilis. s^o criminib; pfitetur**

Nam reus in multis quando peccata fatetur

Accidia

Auaritia

Gula

Iniquitas

oia peccata simul p[ro]dat s[ed] peccat[um] p[ro]fessus e[st] apparet
Vel queuis dicat. vel nil dixisse videtur
A. vltimū integre aliq[ui]s p[ro]fiteat
Postremum crimen si pure quis fateatur
peccat[um] filere o[mn]e peccat[um] p[ro]mittit sequit[ur]

Inde tacere potest quicquid redit aut comitatur

Hic autor ostendit quō debet fieri p[ro]fessio de peccatis venialib[us] & de alijs peccatis p[ro]mitatib[us] alia peccat[um] mortalia dicens. qm̄ tu peccator p[ro]fessus es peccat[um] mortalia. tūc etiā debes p[ro]fiteri peccata p[ro]mitat[ur]. & nō solū peccat[um] perpetrata p[ro] opus extrinsecū. sed etiā p[ro] voluntatē peccandi quā non seq[ui]batur operatio. Sic etiā de peccatis venialib[us] (que relapsa s[un]t a mēte) de quib[us] debes p[ro]fiteri. Sic etiā tua peccat[um] vniuersalit[er] nullū p[re]mittendo. nā peccator faciēs p[ro]fessionē vel dicat oia peccat[um] simul. vel nō videat aliq[ui]d dixisse. sed p[ro]fiteat[ur] peccat[um] sua vsq[ue] ad extremū & si postea aliq[ui]d peccat[um] redeat ad memoriā. tūc p[ro]t illud p[ro]fiteri eodē p[ro]bitero tacendo de p[ri]mis

Circa textū dubitatur

- Primo quid sit peccat[um] veniale
- Secūdo p[ro] que remittit[ur] peccat[um] venialia
- Tercio q[uo]d nocent peccat[um] venialia
- Quarto quō peccat[um] veniale fit mortale
- Quinto v[er]o voluntas peccādi sine op[er]atōe sit peccat[um]
- Sexto v[er]o potētia peccādi sit a deo

Ad p[ri]mū r[ati]o[n]e q[uo]d peccat[um] veniale p[ro]m Augustinū sic describit. Peccat[um] veniale est q[uo]d hominē vsq[ue] ad reatu[m] p[ro]p[ri]e mortis non grauat. sed tū semp[er] penā meret. & est semp[er] a voluntate hoc volēte. vel p[ro]mittēte. vel nō p[ro]hibēte. Tū peccat[um] veniale nocet multiplicat[ur]. Primo q[uo]d ad penā obligat t[em]p[or]e vt dicit[ur] est in tercio dubio. **A**d secūdū r[ati]o[n]e. q[uo]d septē modis remittit[ur] peccat[um] veniale. Primo p[ro] dignā eucharistie sumptōem. Secūdo p[ro] aque benedictie al[ter]atione. Tercio p[ro] elemosin[ar]um largitōem. Quarto p[ro] dominicam orōnem. Quinto p[ro] generalē p[ro]fessionē que fit quotidie in ecclesia. Sexto p[ro] ep[iscop]alē benedictōem. Septimo p[ro] verā p[ro]nitōem. **U**nde s[an]ctus Angor[us] p[ro]fiteor. asq[ue] gor. p[ro]teroz. oro. Do. benedico. que venialia tollo. **A**d terciū responde[re] q[uo]d peccat[um] veniale multis modis nocet. Primo obligat ad penā. sed nō ad penā eternā. nisi peccat[um] mortali adiu[n]gatur. Secūdo nocet q[uo]d animā maculat. Tercio nocet q[uo]d minuit feruorē caritatis. sicut modica aqua proiecta in ignem nō extinguit ignē. calorē t[ame]n eius obrpat. Quarto nocet q[uo]d peccat[um] veniale impedit vt potestas anime in bonis op[er]ib[us] laetetur & impediatur sicut grauius ascedit equus oneratus pondere q[uam] sine pondere. Quinto nocet q[uo]d tardat hominē a gloria celesti. q[uo]d hō statim euolaret post mortē ad gloriā nisi impedit[ur] p[ro] venialia & cogere[re] expectare p[ro] temp[or]e in purgatorio. Sexto nocet q[uo]d diminuit bona glorie celestis. Septimo q[uo]d venialia peccata sepe faciūt occasionē mortaliū. **A**d quartū r[ati]o[n]e q[uo]d p[ro]p[ri]e loquēdo veniale nunq[ui]d fit mortale. t[ame]n act[us] (qui de se est venialis) p[ro]t fieri mortale quatuor modis. Primo ex p[ro]fessionē. q[uo]d q[uo]d quid sit p[ro]f[ess]io p[ro]f[ess]io fit mortale & edificat ad gebennā. Secūdo ex p[ro]placencia. vnde Augustin[us] n[on] nullū peccat[um] int[er]iu veniale est q[uo]d nō fit mortale dū placet. Tercio ex d[omi]n[is]

positiōe. qz hō frequenter lapsus in pctm veniale disponitur ad mortale
 Quarto ex pgressu. qz veniale si nō pbibetur qñ p greditur tūc fit mortale
 Ad qñtum rñdetur. qz pctm pñcipalr pñstir in volūrate. vt patuit
 ex vna diffinitōe peccati circa pñmū dubium illi⁹ textus (Ue dūnetas
 ris zc.) Ad sextum rñdetur pñm ingm sententiāz qz ptās peccādi seu
 malefaciēdi sit a deo Un apls Nō est potestas nisi a deo. Item ihs dixit
 ad pilatū. Non haberes potestātē in me vllam nisi dara esset tibi desuper
 Item dyabolus anteqz lederet Job dicebat dño. Dirte manum tuam
 id est da mihi potestātē in eum

religiō in q̄ sūt delicta s̄ peccātis qñ sūt
Aggrauat ordo locus peccata scientia tempus
senect⁹ libertas repetitio pñuatio mltitudo ppter quā sūt
Etas. conditio. numerus. mora. copia. causa.
 manerēs in pctō dignitas resistētia modica
Est modus in culpa. status altus: lucra pusilla

In ista pte auroz ponit circūstāntias aggrauātes pctā dicens. qz ordo. lo
 cus. scia. temp⁹. pñditio. numerus. mora. copia. causa. modus pctōz. sta
 tus altus. i. dignitas. pusilla lucra. i. modica resistētia aggrauāt pctā

Circa istum } **Primo** que sūt circūstāntie aggrauātes
textū dubitat } **Secūdo** q̄liter iste circūstāntie aggrauant pctā
 } **Tercio** an sūt circūstāntie alleuiātes pctā
 } **Quarto** an sit necēriū pñteri circūstāntias aggruātes
 } **Quinto** q̄t modis vnum pctm est gūius altero
 } **Sexto** de intellectu z declaratiōe littere

¶ Ad pñmū rñdetur. qz iste sūt circūstāntie aggrauātes. scz ordo locus
 z que patent in solutiōe sexti dubij. Ad scdm rñdetur. qz circūstāntiaz
 aggruantiū quedā aggruāt in eadē specie. z qdā trahunt ad aliēnā spēs
 Exēplū vt coire cū cognata vel maritata est circūstāntia trahēs in alie
 nā spēm peccati. Itē circūstāntiaz aggruantiū in eadē specie qdā aggruāt
 notabilr. sicut furari centū marcas auri notabilr gūius est q̄ furari vñū
 denariū. z p̄ hīs quāctitas illi⁹ rei subtrahē notabilr aggruāt. sed tñ est in
 eadē spē furti. Alia aggruāt in eadē spē sed nō notabilr. sicut scia diuittie
 vel hōi. Item circūstāntiaz aggruantiū quedā sūt pctā in se. vt ē nume
 rus pctōz. z qdā nō sūt pctā in se tñ aggruāt pctā. vt scia tps loe⁹ zc.

Ad terciū rñr. qz sicut ponunt circūstāntie aggruātes. sic etiā circūstāntie
 alleuiātes Un cuiuslibet circūstāntie aggruāti cor rñder vna alleuiās. q̄ se
 habet p̄uatiqz ad circūstāntiā aggruāntē. Un scia aggruāt si assistat. si
 nō tūc alleuiat. Sicut dōm est de alijs circūstāntijs. Ad q̄rtum rñdet.
 qz necē est pñteri oēs circūstāntias trahētes pctā in altam spēm. Un pro
 adulterio nō sufficit dicere peccauit cū quadā muliere. nisi pñteat notabilr
 liter circūstāntias aggruātes. Nec p̄ subtractiōe denarioz sufficit dicere
 subtraxi aliqd. sed oz pñteri circūstāntias aggruātes notabilr. Ad q̄n
 tum rñdetur qz multiplicr vñū pctm est gūius altero. Primo causalitate vt
 pctm luciferi q̄d pcellit ab intrinseca malicia. Secdo ex generalitate. vt pctm
 ade. in quo oīnes peccauimus. Tertio ex difformitate vt pctm iude tras

dendo xpm. Quarto ex difficultate remittēdi. vt pctm̄ in spm̄ scm̄. quod
 fere est irremissibile. Quinto ex piculositate. vt pctm̄ ignorantie crasse. qz
 ignorantia decipit hominē. Sexto ex insepabilitate. vt pctm̄ cupiditatis.
 vnde licet omnia pctā senescāt in homine. ipsa tñ sola auaricia iuuenescit
 Septimo ex difficultate expugnādi. vt supbia que efficit in expugnabilis
 qñ dñatur. Octauo ex mentis cecitate. vt ira que vsū rōnis excecatur.

Ad sextum m̄detur. qz p̄ma circūstātia aggrauās pctā est ordo. qz gra
 uias peccat ep̄s q̄ presbiter. z psbiter q̄ dyacon⁹. z dyacon⁹ q̄ sub dyac
 conus zc. Hoc verū est in eisdē pctis. Scda est locus. qz ḡuius fit pctm̄
 in ecclā q̄ in cimiterio. z generalr in om̄i loco p̄secrato q̄ nō p̄secrato Ter
 tia est scia. qz plus peccat sapiens q̄ inspiēs. z hoc verū est in eodē pctō
 Quarta est temp⁹. quia ḡuius fit pctm̄ in dieb⁹ festiuis z in ieiunijs q̄ in
 alijs dieb⁹ Quinta est etas. qz plus peccat senex q̄ iuuenis in eodē pecca
 to. Sexta est conditio. qz magis peccat mulier piugara q̄ ancilla luxuri
 ando Un̄ lex moysi p̄cipit mulierem maritatā pio fornicatiōe lapidari
 ancillā vero flagellari Septima est numerus peccatorū. vñ Esaias Quā
 vilis facta est mens mea nimis iterans vias suas malas. Octauo ē mo
 ra. i. p̄manētia in pctis z dilatio penitētie. que valde grauant pctā. Ho
 na est copia rez mūdānaz. qz cui plus p̄mittit magis obligatus deo ef
 ficatur qñ eum offendit. Vel copia. i. multitudo pctōz. z sic per numerū
 peccatorū p̄ intelligi multiplex repetitio eiusdē peccati. Decima est cau
 sa scz vtrū peccatū fiat ex suggestione aliqua vel nō. vel ex inuidia. vel ex
 alia causa Undecima est modus peccādi. vñ si dormiēs cum muliere nō
 teneat modū naturālē fit maius pctm̄ q̄ si debite fieret. Duodecima ē sta
 tus altus. scz dignitas ecclesiastica vel secularis. qz quāto gradus altior
 tanto casus grauior. Decimatercia ē lucta pusilla. i. modica resistētia. qz
 grauius peccat qui parua tēptatione vincit z non resistit. q̄ si fortiter re
 sisteret z tūc tandem vinceretur

